e-codices

P ernix ſum manib; ſum pedes mobilis. Pal ſi albus
C apillus hic uidet': neutiquam ibi ingenium ſenis ineſt.
I n hoc emuſitata ſua ſibi ingenua indoles. Ple pol id quidem
H uius oppido adulescentuli. Peri immo hoſpeſ magis cum periculum
E xpior ita eſſe ut predicas paleſtrio: Nam benignitas quidem
F acies, magiſ noſces meam comitatem merito te amantem.
Ple Q uód opus nota noſcere: ut quod apud te exemplum experiundi
H abeas: ne roges foriſ. nam qui ipſe amauit, egre amantis ingenium
I nſpicit: et ego amatoris aliq̄tulum heo. humoriſq; ēt
I n corpore: neque dum exarui ex amoris rebuſ & uoluptarijſ.
V el cauillator facetus: uel conuiua commodus item ero.
N eq; ego oblocutor ſum alteri in conuiuio.
I n comoditate abſtinere me apud conuiuas comode
C ōmemini: et meę orationis iuſtam partem perſequi,
E t meam ptem itidem tacere, quom aliena eſt oro.
M inime ſputator, ſcreator ſum itidem. minime ſuccidus
P oſt epheſi ſum natus: non enim in apulis: nō ſū ī umula umbria
Pal O lepidum ſemiſenem: ne ſi quas memorat' tuis hē.
A tq; equidem plane eductum in nutricatu uenerio.
Per P lus dabo q̄ predicabo ex me venuſtatis tibi.
N eque ego unq̄ alienum ſcortum ſubagito in conuiuium.
N eque preripio pulpamentum: neque peruorto coppulum.
N eq; per uinum unq̄ ex me exorit' diſcidium in conuiuio.
S i quiſ ibi eſt odioſus: abeo domum: ſermonem ſegrego.
V enereum amorem, amoenitatemq; accubans, exerceo.
E t quidem edepol omnis moreſ ad uenuſtatem iugiter
C edo triſ mihi hoīes auricalco contra emptum iſtis morib;
Pal A t quidem illuc ętatis qui ſit non inuenieſ alter
L epidiorem ad omnis res: nec qui amicus amico ſit magis
Per T u te me ut fateare faciam ēē adoleſcentem morib;.
I ta apud omnis comparebo t reſ bn̄ factis frequens.
O pus ne erit tibi aduocato t̄ſti iracundo: ecce me.
O pus ne leni leniorem diceſ q̄ mutū eſt mare.
L iquidus citusq; ero q̄ uentus eſt fauonius.
V el hylariſſimum conuiuam me extimandum: exprimam tibi.
V el primarium paraſitum: atq; obſonatorem optumum.

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 146r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/146r)